non esset· Ita non poterat quam uis mirabiliter uigilet anima dormientis
nisi duci imaginibus corporum ac si corpora ipsa essent· In extasi autem
unum audire potui et eum rusticanum uix ualentem quod sentiebat ex
primere qui et uigilaret et cerneret et uidere quiddam non oculis corporis· Nam et
ut eius uerbis utar quantum colere possum anima mea inquid uidebat eum
non oculi mei non tamen sciebat utrum corpus esset anima corporis non enim
erat talis ut ista discerneret· uerum tam simpliciter fidelis ut eum sic audi
rem ac si illud quod se uidisse narrabat ipse uidissem· Ac per hoc si paradisum
paulus ita uidit ut apparuit petro ille discus submissus e caelo ut iohanni
quid quid in apocalipsis eum uidisse conscripsit· ut ezechieli cã pulle cum ossi
bus mortuorum et illa eorum resurrectio ut esaiae sedens deus et in conspectu
eius seraphin et ara· unde carbo adsumitur prophetae labia mundauit· mani
festum est eum ignorare potuisse utrum in corpore an extra corpus ea uide
rit sed si extra corpus uisa sunt et corpora non fuerunt adhuc quaeri po
test utrum imagines corporis fuerint· an ea substantia quae nullam corpo
ris similitudinem gerit sicut deus sicut ipsa mens hominis uel intellegentia uel
ratio sicut uirtutes prudentia iustitia castitas caritas pietas et quaecumque aliae
sunt quas intellegendo atque cogitando enumeramus· Discernimus defini
mus· Non utique intuentes liniamenta earum uel colores aut quomodo sonent
aut quid oleant aut quid in ore sapiant· aut quid contractantibus de calores
eu frigore mollitudinem seu duritia leuitate siue asperitate renuntient sed
alia quadam uisione· alia luce alia rerum euidentia et ea longe ceteris praes
tantiore atque certiore· rursus igitur ad ea dom ipsa apostoli uerba redeamus
et ea diligentius praescrutemur hoc sine dubitatione primitus constituto mul
to magis atque inconparabiliter amplius apostolum scisse quod de in corpo
re a corporea· quae natura nos ut sciamus utcumque conamur si ergo sci
ebant spiritalia per corpus corporalia extra corpus uideri omnino non pos
se cur non ipse rea ipsa quae uidit quomodo etiam potuerit uideri discre
uit· si enim certus erat illa esse spiritalia cur non consequenter extra corpus
ea se uidisse certus nihil ominus erat· si autem corporalia esse nouerat

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc141/0286